Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



61.

electissimis clericis professus regularem induit disciplinam. statimq; eorum magisterium meruit assequi quorum ante discipulus fuerat. in monasterio morimundensi abbas ordinatur. in quo multa laudatissime sue conuersationis documenta relinquens. ad ecclesiam frisingensem iniuitus iniuitus uocatus. pontificem clarissimum gessit. distracta predia uendicauit. edificia restituit. religionem que pene interierat in priorem erexit formam. tantaq; illi ecclesie bona contulit. vt fundator eius magis quam instaurator putaretur. Hic cum imperatore conrado iuuno eius nominis secundo. in greciam syriamq; profectus bellis omnibus interfuit. que cum turcis saracenisq; seu secunda seu aduersa gesta sunt. consilioq; et armis rem cristianam iuuit. Vidit ierosolimam et sacram domum tuitus saluatoris. ipseq; in iordane lauari meruit. neq; in tot curis totq; laboribus studia literarum neglexit. in ocio negocium. in negocio ocium sectatus. historiam nanq; ab ortu mundi usq; in sua tempora non mutilem deduxit. atq; in octo digessit libros. quorum septem magnam germanicarum rerum noticiam reddunt. octauus supernam cristi ciuitatem pulchre peritq; figurat. Ecclesiarum causas. pupillorum. viduarumq;. et omne oppressorum genus hominum apud imperiale tribunal indefesse tutatus est. Demum se contulit ad concilium cisterciensis ordinis quod morimundi agebatur. vbi morbo pressus conuocatis ad se in cubiculum monachis. plura de bono religionis. de immortalitate animae. de pena damnatorum. de gloria saluatorum. graiter et sapienter locutus. ad extremum suscepta ecclesiasticis sacramentis in habitu monachali quem semper gerebat. animam creatori reddidit. et ibidem traditur sepulture. Cuius probatam vitam precassisse mira que ad ipsius sepulchrum (vt fratres asserunt) miracula que deus operatur testantur. Sextus iero conradus nomine qui adultus patauiensis ecclesie pontificatum adeptus. clero et populo carus fuit. demde euolutis nonnullis annis eberhardo epo salczburgensi